

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[133\] : De Narcisso](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [133] : De Narcisso

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[139\] : De Narcisso](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 16 : de Narcisso](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[139\] : De Narcisse](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[139\] : De Narcisse](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination306v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Narcisse](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

Mythologia

De Narcisso.

VT autem temperantes, & prudentes & viri boni essemus, nullum esse facinorosum hominem impune tradiderunt antiqui. nam tamen Deus aliquandiu differt vindictam, tamen multo grauiorem illam postea concitat; quod per Narcissi fabulam explicatur. si quis enim nimis vel forma corporis, vel opum magnitudine, vel nobilitate generis, vel viribus gloriatur ac effertur, neque cognoscat se largiente Deo hęc omnia habere, ille ob suam imprudentiam hęc sibi facit perniciofa, non minus quam male affectus ægro-tantis stomachus, cui vel optimi cibi sunt noxii ob digerendi debilitatem.

De Belidibus.

AD educationem verò liberorum Belidum exemplum pertinet, nam neque parentes quidpiam liberis contra humanitatem, iusque naturæ, & deorum religionem debent imperare; ne paterno consilio improbi esse consuefcant; neque liberi crudelia & impia & inhumana parentum mandata exequi. sin autem magis paterna, quam diuina reuerentia teneantur, Deum denique sentient esse grauisimum impurorum & consccleratorum hominum vindicem. nemo enim malus est impune.

De Slinge.

QVAE autem dicta sunt de Splinge, hortabantur vnumquemque ad fortunam suam æquo animo ferendam, cum omnis humanæ vitæ status sit inconstans, cum humanum sit calamitatibus subiici, cum vel volenti, vel inuito fortunam ferre omnino necesse sit. atque, vt summatim dicam, necesse est vnicuique vel suam sapienter fortunam perferre, vel omnino si quis illam ferendo vincere non poterit, ab illa denique superari, & in extremas misérias incidere.

De Nemefi.

ENIMVERO cum vellent demonstrare antiqui sapientes nihil Deo gratius, vel vitæ hoïum vtilius quàm in vtraque fortuna animi moderationem, multas fabulas finxerunt, quibus ad misérias & calamitates fortiter perferendas nos hortarentur. Sed quia nonnulli æquo animo aduersa tulissent, ac felicitas & prospera ferre nescirent, Nemefim Iustitiæ filiam introduxerunt grauis-simam Deam, quæ de illis supplicium sumeret, qui nimis elati aliquo felici rerum successu non mediocriter extollerentur, fierentque cæteris hominibus intolerabiles. Nam hanc Deorum iussu quàm citissime ad superbiorum pœnas conuolare finxerunt.

De Momo.

DENIQUE nemini esse grauiter ferendum aiebant si quis vel illa quæ humaniter, quæ prudenter, quæ piè & secundum leges fecerimus, carpsere; quando neque Deus quidem placet omnibus, cum neque ipse quidem

Momi